Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



39

Quia melior est dies vna in atrijs tuis super milia. Ele
gi abiectus esse in domo dei magis quam habitare in
tabernaculis pctor. Quia misericordiam et veritatem diligit
dominus gratiam et gloriam dabit dominus. Non priuabit bonos eos
qui ambulant in innocentia domine sabaoth beatus homo qui
sperat in te. Gloria. Antiphona. Tu solus altissimus in omnem terram.
Benedixisti domine terram tuam auertisti captiuitatem
iacob. Remisisti iniquitatem plebis tue ope
ruisti omnia peccata eorum. Mitigasti omnem iram tuam auer
tisti ab ira indignationis tue. Conuerte nos deus salu
taris noster et auerte iram tuam a nobis. Nunquid in eternum irasce
ris nobis aut extendes iram tuam a generatione in generationem. Deus
tu conuersus viuificabis nos et plebs tua letabitur
in te. Ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum
da nobis. Audiam quid loquatur in me dominus deus. quoniam loquetur
pacem in plebem suam. Et super sanctos suos et in eos qui conuertuntur
ad cor. Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius
ut inhabitet gloria in terra nostra. Misericordia et veritas
obuiauerunt sibi iustitia et pax osculate sunt. Veritas de
terra orta est et iustitia de celo prospexit. Etenim dominus
dabit benignitatem et terra nostra dabit fructum suum. Iusti
tia ante eum ambulabit et ponet in via gressus suos.
Inclina domine aurem tuam et exaudi me. Psalmus.
quoniam inops et pauper sum ego. Custodi animam
meam quoniam sanctus sum. Saluum fac seruum tuum deus meus
sperantem in te. Miserere mihi domine quoniam ad te clama
bo tota die. Letifica animam serui tui. quoniam ad te domine animam
meam leuabo. Quoniam tu domine suauis et mitis et multe
misericordie omnibus inuocantibus te. Auribus percipe domine orationem meam
et intende voci deprecationis mee. In die tribulationis
clamabo ad te quia exaudisti me. Non est similis tui